



DISPUTAT. INTER CLERIC.
ET MILIT.


PARISIIS
1498


Inc


H38














Disputatio inter clericū

et militem super potestate prelati ecclesie atq; principib⁹
terraru cōmissa sub forma dialogi incipit feliciter.

Q Clericus sermonis sui

exordium sub hac forma posuit dicens: Miroz optime miles paucis diebus tempora mutata. sepultam iusticiā. euerfas leges. iura calcata. Miles. Grandia verba sunt ista: et ego laicus: q̄ quis paucas puer didicerim litteras: non tamen ad profundū veni vt tam alta verba a me possint intelligi. Et ideo venerate clerice si mecū desideretis habere colloquū planiorē oportet accipere stilum. Clericus. Estate mea vidi ecclesiā in honore magno apud reges principes et nobiles vniuersos haberi: et nūc video ecōtra miseranda. Ecclesia facta est vobis oībus p̄da: erigūtur a nobis multa: dantur nulla. si nostra bona non damus: rapiūtur a nobis conculcātur iura nōstra: libertates effringūtur.

Miles. Non facile credam regem cuius consiliū sunt clerici iniuste agere vobiscū: aut apud eos p̄ire ius vestrū. Clericus. Immo certe contra omne ius iniurias innumeras sustinemus.

Miles. Scire vellem quid vocatis ius. Clericus. Ius voco decreta patrū et statuta romanorū pontificum. Miles. Que illi statuūt si de tēporalibus statuūt: vobis possunt iura esse: nobis vero nō sunt. Nullus em̄ potest de hiis statuere: super que constat ipsum dominū: nō habere. Sic nec francozū rex potest statuere super imperiū: nec imperator sup regnū. Et quemadmodū terreni principes non possunt aliquid statuere de vestris spiritalibus super que nō acceperūt potestātē: sic nec vos de tēporalib⁹ eozū sup que nō habetis auctoritatem. Unde friuolū est q̄d quid statuistis de tēporalibus super que potestātē nō accepistis a deo. Unde nuper michi risus magnus fuit cum audissem nouiter statutum esse a domino bonifacio octauo q̄ ipse est et esse debet super omnes principatus et regna. et sic facile potest sibi ius acquirere super rem quālibet cum nō restat nisi scribere quia totum erit suum cum scripserit et sic totum erit vestrum et vbi statuere nichil aliud est q̄ sibi tenere velle. Nichil ergo aliud erit ius habere q̄ velle. non habet ergo nisi vt scribat. hoc volo ius esse cum voluerit castrum meum vel villam meam agrum meum aut pecuniam

et thesaurū habere. Nec latet vos sapiētē clericū ad quantū vos
deducat ista disputatio ridiculū. Clericus Satis acute dñe
miles ⁊ versute ista cōtra nos ptulistis et ad hoc tocus sermonis
vestri series seu decursus quātū ipse intelligo tendit: q̄ dñs papa
de vestris tēporalibus nichil potest statuere: quia nō cōstat eū sup
tēporalibus vestris dominiū accepisse. Et si nos ipsi ex nostris vell
mus pbare dictis aut scripturis totū pro nichilo dicitis: quia no-
strū scribere (vt dicitis) dominiū nobis aut potestatē que aliunde
nō venerat dare nō potuit. Sed si christianus vultis ⁊ catholicus
verus esse: nō negabitis christū rerū oīm dominū esse cui dictū est
in psalmo. ij. Postula a me ⁊ dabo tibi gētes ⁊c. de quo etiā scrip-
tū est: quia ipse est rex regū ⁊ dñs dominātū. Ista nō sunt nostra
sed dei verba: nec nos ea scripsim⁹ sed ea misit dñs ⁊ spiritus sanc-
tus dictauit. Et quis dubitat illū statuere posse quē cōstat vniver-
soꝝ dominiū esse? Miles Nullo modo diuine potestati vel do-
minationi resisto quia christianus sum ⁊ esse volo: ⁊ ideo si p̄ diuer-
sas scripturas ostēderitis summos pōtiffices esse sup oīa tēporalia
dominos: necesse est oīno reges ⁊ p̄ncipes summis pōtifficib⁹ tā
in spiritalibus q̄ in tēporalibus esse subiectos. Clericus fa-
cile est ex supioribus posse ostēdi. Tenet em̄ fides nostra petrum
apostolū p̄ se et suis successorib⁹ institutū esse plenū vicariū Jesu
christi ⁊ certe plen⁹ vicarius idē potest q̄ ⁊ dñs eius: cū nulla ex-
ceptione nulla potestatis dīminutione est vicarius institutus. Si
ergo nō negatis christū de vestris tēporalibus statuere posse q̄ do-
minus est celi ⁊ terre: nō potestis sine rubore eādē potestatē chris-
ti pleno vicario denegare. Miles Audiui a viris sanctis ac
deuotissimis duotēperī in christo distingui: alterū humilitatis et
alterū potestatis. Humilitatis: vsq̄ suā passionē. potestatis: post
suā resurrectionē quando ipse dixit. data est michi oīs potestas in
celo ⁊ in terra. mathei vltimo. Petrus autē cōstitutus est christi vi-
carius p̄ statu humilitatis nō pro statu glorie ⁊ maiestatis: nō em̄
factus est christi vicarius ad ea que christus nūc agit in gloria: sed
ad ea imitāda que christus egit humilis in terra quia illa nobis ne-
cessaria sunt. Illam ergo potestatē suo vicario cōmisit quā homo
mortalis exercuit: non illam quā gloriatus accepit. Et vt ista p̄
scripturas quas inducitis ostendamus: de eisdē scripturis vobis
testimoniū proferemus. Ipse enim christus dixit P̄ lato Regnū
meum non est de hoc mūdo ⁊ q̄ non venit ministrari sed ministra-
re. luce. xij. Hoc testimoniū a deo manifestum est: vt hominē resi-
stentem possit confundere ⁊ ceruicem quācūq̄ duram obterere.

Et hoc si dixit Jesu quidam de turba. magister dic fratri meo ut di-
 uidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. O homo quis me con-
 stituit iudicem et diuisorem super vos: luce. xij. Auditis ergo apte
 christum in temporalibus nec iudicem nec diuisorem constitutum
 ergo in statu illo suscepte dispensationis nec temporale regnum
 habuit nec etiam affectauit: immo cum illi multiplicatis panibus
 comederent: fugit. et in commissione petro facta non clauis regni
 terrarum: sed clauis regni celorum tradidit. Et hebreorum pon-
 tifices constat regibus fuisse subditos: et a regibus (quod procul a
 vobis absit) fuisse depositos. Et ut scias christi vicarium spiri-
 tuale regnum non ad temporale seu dominium assumptum: accipe ab
 ipso paulo nec minus clarum testimonium. Dicit enim sic. Omnis
 pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in
 hijs que ad deum sunt: non ad gubernandum terrenum dominium
 sed ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Vides ergo quod pres-
 citur pontifex in hijs que sunt ad deum cum paulo thimotheo scri-
 bar: nemo militans deo secularibus negocijs se implicet. Patet
 ergo christum regnum temporale non exercuisse nec Petro com-
 misisse: Nam et petrus dicit actuum sexto capitulo. Non est equum
 nos derelinquere verbum dei et ministrare mense: id est tempora-
 libus dispensandis. Et quamquam possint aliqua temporalia per ip-
 sos pontifices dispensari: satis tamen patet quod non debeant in ter-
 renis regnis et principatibus gubernandis (que totum sibi ven-
 dicant) occupari. Unde auctoritates quas induxistis superius
 domine clerice scilicet postula a me et cetera. et quod ipse est rex re-
 gum et cetera. non ad statum primum pertinet: sed ad secundum.
 In quo primo statu sic patuit quod christus nullam potestatem tem-
 poralem exercuit immo a se penitus abdicauit: et in hijs solum
 et non in alijs que ad dispensationem nostre salutis exercuit Pe-
 trum sibi vicarium destinauit. quem nec militem fecit nec coro-
 nauit in regem: sed in sacerdotem et episcopum ordinauit. Quod si
 vultis adhuc contendere christi vicarium eam potestatem in tem-
 poralibus habere quam christus habebat in celis: non quam christus
 exercebat in terris forsan ista pertinacia non erit in fine vobis gra-
 ciosa quod vobis patebit sic. Constat enim cuilibet fidei de deo
 sapientis quod si preciperet deus pecuniam suam agrum suum aut vineam al-
 teri cuilibet dare sine cautione: nulla perita ratione nulla expressa
 cognitione statim deberet obedire. Si ergo contenditis papam ean-
 dem potestatem habere: ergo cedere necesse est quod omnia vestra
 bona et nostra potestis sine cause cognitione cui volueritis nepo-

tulo vel consanguineo dare: tollere principatus et regna et eis dare pro vestre libito voluntatis. sed q̄ absurda sunt ista vos videte et verum placent si vobis hec fieret respondete. Quod si a tanta absurditate recedere per viam rationem cogimini: et papa cogitur resilere. Tenendum est igitur q̄ nō accepit in temporalibus tantam potestatem ipse christi vicari⁹: sed ea solā quā christ⁹ i sua humilitate exercuit et ostēdit. Cleric⁹. negatis o miles ecclesiā cognoscere de peccato. Miles hoc absit. Nā q̄ hoc negauerit: et penitentiā et cōfessionē abnegabit. Cleric⁹. Si quid iuste agit peccatū est. Et qui habet cognoscere de peccato: cognoscat de iusto et iniusto. Cū ergo iustū et iniustū in negocijs rerū temporalium sit. cōsequens etiā est vt de causis temporalibus debeat iudicare. Miles. Argumētū istud cornutū est: cuius vanitas et infirmitas per argumentū simile repellendū est. In suspēdēdis latronibus alijsq̄ dānandis habetur iustū et iniustū et pctū etiā. Ergo etiā rōne pcti debet papa de sanguine iudicare. s; plures est argumentū ideo leui rōe sufflatū. Nūc restat nobis ostēdere quomō vestra cognitio dñe clerice circa iustū et iniustū secundū leges humanas q̄ de talibus sanxerūt sit de temporalibus iudicādis. Sed secundū quas et sub quibus personis subiectis. oib⁹ est videndū. Manifestū est ergo illū debere secundū leges iudicare et secundū easdē de iusto et iniusto cognoscere: cui⁹ est leges p̄dere et h̄e interpretari. exponere et custodire facere et grauari et mollire cū videbitur expedire. Si ergo vos in iudicio temporalium simul vultis cū illo cōtēdere a cōcurrere cognoscendo de iusto et iniusto: iam cōtra scripturā vestrā aratis cū boue et asino et cū p̄cipe dicente: hoc est iustum. pontifex dicet hoc est iniustū: fiet quod dicit abacuk propheta. In precipitiū factū est iudiciū cōtradicēte potētiore. p̄pter hoc lacerata est lex: et nō preuenit vsq̄ ad finem iudicij: quia vere nō erit hoc iusticiā et iudicium facere in terra sed iusticiam et iudicium in terra dilacerare. Et ego oñdā vobis scdm paulū vñ vestra cognitio debet ic̄ipe: p̄ncipes suo iuere de iusto et iniusto cognoscēt et ei⁹ frēs vn⁹ q̄sq̄ sic iure netur attendet et ei obediēt sicut precipitur deut. xvij. Si quis aut̄ tumēte supbia nō obediēt eius ip̄rio: nec p̄iceps cuius fuit officij iudicādis habet potestatem resistēdi vel coercēdi: tunc incipit vestra cognitio q̄a tūc accedere debet vestra monicio dicente ap̄lo paulo ad titū. c. iij. admone illos p̄ncipibus et potestatibus subiectos esse et subditos. et ad romanos xliij. c. Omnis aīa potestatibus sublimioribus sit subiecta. Ubi etiā maleficia et scelera manifesta sunt: veluti prede rapine et similia nec est q̄ velit aut possit

corrigere. Nō em̄ nego vos in hīs casib⁹ debere vel posse vestrā
 potētiam exercere sed nō de iusto vel iūsto: quia de hoc nō habe-
 tis cognoscere aut manū ad hoc apponere. Et cū manifestum fue-
 rit atq; per sententiā iuris aut euidēciā sceleris que nulla egent co-
 gnitione: tūc poterit ad vos ista materia et forma de quib⁹ dictum
 est pertinere. alias si ppter peccati colligantia vultis de prenotatis
 casibus cognoscere. non restat nisi fores principii claudere leges
 silere et decreta principii: et vestra sola resonare. Artare vos vo-
 lo et vrgere vna questione. vtrū sit vestrū de causa matrimonij co-
 gnoscere et ego vado paduā p quadā hereditate quā peto nomi-
 ne vxoris mee que habet i ea succedere. Videtis q; ratione matri-
 monij michi cōpetit petere illā hereditatē. Nūquid ppter matri-
 monij colligantia de quo habetis cognoscere: debeo corā vobis de
 hereditate litigare. Robertus de flādia p vxore sua petēs dūca-
 tū burgūdie noīe dotis: debuit ne corā rege vel episcopo litigare
 ymmo plane dico vobis omnibus clericis ihibendo ne cognitōez
 de dote cōtra deū et iusticiam vsurpetis: cum pmissio dotis mere
 et vere sit pactio tēporalis et sepe firmari possit regalibus instru-
 mentis. Et quia vos vsurpatis aliena euenit vobis illud vero dei
 iudicio qui in eo nichil multū patietur. Patet ergo qd sit vanū et
 friuolū q; ex tali vicinitate velitis vobis fingere colligantia in cog-
 nitione causarum: quous ad hec omnia vnū solum debet vobis suf-
 ficere quod supra memorauim⁹ de euangelio luce dicēte domino
 Jesu O homo quis me constituit iudicem et diuisorem inter vos.
 Ostendit enim manifeste q; secundum eam potestatem quam ho-
 mo mortalis exercuit: non pertinebat ad eum de hereditate iu-
 dicare. Clericus. Nōne debent temporalia spūalib⁹ deserui-
 re: ergo temporalia debent esse subiecta spūalib⁹. et spūalis po-
 testas tēporalē debet regere prātē. Milles vere debēt spūalibus
 tēporalia deseruire suo casu: qā tenentur dei cultorib⁹ necessaria
 ministrare. Nā hoc oīs gens quasi in natū habuit et habet instinctū
 et hoc naturalī iure decreuit natura naturans: vt ministrantibus
 creatori seu diuina celebrātib⁹ necessaria ministrētur. et honoris
 debita et vite necessaria prebeantur. Quod etiā phariseis in lege
 (quā domin⁹ moysi tradidit et sacerdotib⁹) abūdāter et tante pro-
 uidit: non dominū tam aut regnum tēporale cōmisit. Et apostol⁹
 ad corinthios. Si spūalia vobis seminauim⁹: non est magnum
 si carnalia vestra metam⁹. Sed si vultis scire quale dominū pre-
 beat ministris: accipite per ordinem verba christi et eius aposto-
 li pauli. Dixit enim christus discipulis suis ad predicandum mis-

sis. Dignus est enim oparius mercede sua. Et paulus de se et ceteris apostolis ait. Quis militat suis stipendiis unquam: quasi diceret nullus. Et scriptum est in lege moysi. non alligabis os boui trituranti. Ecce quibus vos comparat christus et paulus eius apostolus. Utique operariis et stipendiariis. Nunquid operarij et stipendiarij sunt rerum domini. Videtis quod temporalia conceduntur vobis non ad dominum: sed ad vite subsidium et ad spiritualis ministerij sumpsum. Et ex lege moysi comparamini boui trituranti: cui satis est accipere pabulum quam quod ipse suo labore impleat horreum. Et quod dicatis spiritualem potestatem regere temporalem potestatem iam vobis est per apostolum paulum superius responsum ibi: quod omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in hijs que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis: et in hijs habent nos regere videlicet que sunt ad deum. sed ad ecclesiam non pertinet in hijs que foris sunt aliquid iudicandum. quod si adhuc contenditis summum pontificem superiorem esse per omnia: in derisiones mirabiles incidetis. Si enim cum creatur papa creatus sit dominus omnium: simili ratione creare episcopum erit creare illius patrie dominum: et sacerdos meus erit dominus castri mei et dominus meus: quia sicut potestas pape est in toto: ita potestas istorum est in illa parte cui preest. ergo cessandum est ab hac stulticia que ab omnibus irridetur et tantis scripturarum elementis ac rationibus confirmatur. Nam in veteri lege dicimus non sacerdotes a regibus sed reges et principes a sacerdotibus et prophetis adorari: et eos ad se vocari et que placebant regibus imperari. Et in hijs que interdum errauerant publica dispensatione temporalium increpari: ut tercij regum primo et quarto capitulis. Clericus. Miror quod dicatis super dispensatione temporalium regem arguisse pontificem. Miles. vos exitatis canem dormientem: et cogitis me loqui de hijs que ante non cogitavi. Clericus. Exitetur canis et latret. Miles. Quoniam uti necitis utilitate et patientia principum: timeo quod post iustum latratum sentietis et morsum. Clericus. Quid interest regum et principum super dispensatione temporalium nostrorum: ipsi sua habeant et nostra nobis dimittant. Miles. Nostra multum interest per omnem modum. Nunquid non interest nostra circa salutem animarum nostrarum super omnia cogitare: Nunquid non interest nostra pro parentibus mortuis debita prosequi obsequia et etiam obsequia postulare. et nonne vobis a parentibus nostris ad hoc sunt nostra temporalia data et copiose ministrata: ut in cultum divinum to

taliter expendantur. sed certe nichil facitis ide: sed omnia vestris necessitatibus applicatis que per elemosinas et opera charitatis in visceribus pauperū claudere deberetis. Nonne est necesse q̄ p̄ huiusmodi sanctissima opera mortui iuuarentur et saluarentur uiui. Nōne cum ea ad propria expenditis superflueq̄ cōsumitis: et ea contra intēcionem dancium et etiā quodam modo accipien-
cium dispergitis male vtendo viuos et mortuos leditis: et viuis ⁊ mortuis damnabiliter derogatis. Nonne ei qui non vult militare auferetur stipendium. Et certe vasallus non implens seruitium merito perdit et feudum. Et vt vobis ponam super hac questio-
ne silentium: et q̄ super hoc nostrum sit delere et remedium appo-
nere: accipite fortissimum et apertissimum capitulum scripture sancte secundo paralipomenon decimo quarto capitulo. Legitur enim de rege Joas. fecitq̄ quod bonum est coram domino et cun-
ctis diebus Joade sacerdotis: et de eodem rege legitur quarto regum duodecimo capitulo. Vocauit rex Joas Joadem ponti-
ficem et sacerdotes dicens eis: quare sartatecta non instauratis templi. Nolite ergo pecuniam recipere a populo amplius iuxta ordinationem vestram: sed ad istaurationem populi reddite eam: prohibitiq̄ sunt sacerdotes accipere pecuniam vltra a populo. Uides ergo q̄ laudatur rex Joas a domino qui curam accepit vt oblationes iuxta intentionem dantium expenderentur in cultum diuinum. Hoc est ad istaurationem templi. Laudat enim regem Joas deus: vt ostenderet q̄ non dereliqueret quia non cupiditate sed pietate non ambitione sed religione id faceret. Ad tollendam suspicionem rex testem volebat habere ipsum pontificem vt sequitur. Cumq̄ videret nimiam pecuniam in gazophylatio: ascende-
bat scriba regis et pontifex effundebantq̄ et numerabant pecuniā que inueniebatur in domo domini: et dabant eā iuxta numerum atq̄ mensuram in manus eorum qui preerant cementarijs domus domini. Ecce laudata est regis religio qui curam gessit vt bona illius veteris ecclesie saluarentur sollicitè et expenderentur religiose. Scio quod durum sit vobis hoc audire: cū tamē nichil refero nisi verba scripture. Dictum enim vobis est superius q̄ hec accepistis omnia ad vite subsidium et ad sancte miltitē stipendium: ad victum habendum et vestitum quibus duobus dicit apostolus se esse cōtentum. ⁊ quicquid superest: in pios vsus pauperum et miseras egrotantium expendere debetis. Quod si nō feceritis: multū nostra interest de eisdē curā habere ne aias mortuorum salutēq̄ vluozū defraudetis. Cleric⁹. Rex iste ioas
a iij

bona sibi non tulit sed in vsus ecclesiasticos expendit. vos autem hodie bona nostra tollitis que nō in religiosos vsus: sed militares tumultus et bellicosas classes expēditis. Unde exemplū quod induxistis vestris opibus aduersatur: et vestram violentiam solū colozat. Miles Semper in malum vestrū contra stimulū regū calcitratis. Est ne hoc vobis molestum: q̄ de bonis ecclesie secū tollunt nepotuli vestri et cōsanguinei/ alieq̄ persone interdū inhoneste. Sed vobis est oīno intolerabile et molestum q̄ rex māsuete petit a vobis: et pro gratia accepit pro vestra salute et defensione ecclesie et bonoz vestroz. Clericus. Me miserum/ pellēq̄ meam tollitis cū carnibus: et hoc appellatis salutem. Miles Non perstrepite sed patienter audite. cōsiderate vicinos vestros suis egere et ad vestram opem respicere. Si deficeret regis potestas qualis esset requies vestra: Nonne nobiles regni et prodigi si cōsumpssissent sua conuerterētur ad vestra: ergo regia manus vester mur⁹ est. pax regis pax vestra. salus regis salus vestra. Que si deesset aut forsan esset subtracta vel peccatis vestris exigentib⁹ a vobis discederet: et vicinis supra bona vestra crassantibus/ nunc exigentibus/ nūc minantibus/ atq̄ vastantibus bona vestra cogere reminī oibus seruire. Si velitis prozsus bona vestra p̄ire: quanti velitis tūc redimere quod manus regia rediret sicut p̄ius. Uidetis ergo cum pauca regi traditis: quomodo salutē vestrā redimit. quando omnia bona vestra deperdēda saluat. Sed sicut vos semper fultis beneficis in grati: sic estis nunc in vestris profectibus querulosi. Quid si manus hostilis rege cadente regnū inuaderet: nonne omnes predīs et rapinis interiretis et ferocitatem barbaricam quam vobis implacabilem sentiretis relictis sedibus territi et attoniti fugerētis: et totum perderetis qui modo sup minimis doletis. Quod si reges et p̄ncipes suis stipendiis suisq̄ periculis tenētur vos defendere: seq̄ mortī pro vobis gratis exponere: et vos sub umbra q̄scere/ comedere splendide/ iocunde bibere/ sup lectos ornatos quiescere/ quiete dormire/ et in stramentis molli⁹ lascuire. Ergo et vos vere estis soli domini: reges vero et p̄ncipes vestri serui. Et alij pro vobis et res et personas offerunt morti. Si datur p̄sonis ecclesiasticis requies: nō est magnū si pro p̄sonis seruēt opes. Hoc dicitis esse durū sed non quiescitis: donec more solito conūcti fueritis ac etiam confutati diuinis (quibus nō potestis obuiare) scripturis. Nā de Joas rege superius memorato scribit quarto regū. xij. c. et. ij. paralipomenon. xxiij. c. Quāobzē tulit Joas rex iuda omnia sanctificata que cōsecrauerāt Josaphat

et Harō et mosam pater eius rex iuda et que obtulerat vt vnuer-
sum argētū quod iuenire potuit in thesauro tēpli domini et pala-
cio regis misitq; azaeli regi sirie et recessit a iherusalē. Ecce aper-
te q̄ pro redemptione populi accepit ea que consecrata erant in
templo domini. non tamen pepercit regis palacio. quando tulit
ista de templo. Et eodem modo quarto regum decimo octauo ca-
pitulo legitur sic de ezechia rege sancto In illo tempore confre-
git ezechias valuas templi domini et laminas auri quas ipse affi-
xerat et dedit regi assiriozū. Quod si dicas q̄ Ezechias egit male
respōdeo sic habetur in paralipomenō. xxxi. Ezechias nō repre-
henditur in oībus operib⁹ suis p̄ter q̄ in legatione p̄cipiū ba-
bilonis Quis ergo damnabit quem in oībus scriptura laudabit.
Si erratis nō intelligentes scripturarū veritatē quid ergo cōtra
reges et p̄cipes contenditis. Legitur enim mathei quinto capi-
tulo. Nō propter locum gentem sed p̄pter gentē locū dominus
p̄celegit: non est ergo parcēdū ecclesie materiali vbi discrimen
imminet genti chāstiane quod sanctus Ezechiel et Iosephus in-
tellexit et fideliter adimpleuit Si enim bona vestra sunt ecclesie
et populus in ecclesia est: quāto iustius substantia in ea vbi salus
populi pendet expendenda est. Unde dominus mathei. xij c. Di-
co vobis q̄ templo maior est hic. nec dubium est quā templum
spirituale quod est homo: dignius sit materiale ⁊ templo lapideo
Intelligat ergo rex pius et prudens in hīs verbis domini dei vo-
luntatem. nec vltterius querat auctoritatem. Nec est parcendum
materiali templo nec hīs que dedicata sunt templo: vt salus red-
datur et pax periclitanti populo chāstiano. Nec est blandiendum
ecclesiarum superfluitati ymmo succurrendum tante gentis ne-
cessitati: sed quia rex ea que sibi licuit iure diuino vult facere cum
beneplacito vestro: non veremini exasperare regem in mansue-
tudine vobiscum agentem et solita beniuolencia vos regentem.
Clericus. Si possunt reuocari que semel deo sunt donata: er-
go irritari possunt omnia vota. Miles. Hoc non est que deo
data sunt reuocare: sed illis vsibus quibus fuerunt data applica-
re. Que em̄ sunt deo data: eo ipso sunt piis vsib⁹ dedicata. Quid
enim poterit sanctius esse q̄ chāstiani populi salus et quid precio-
sius domino q̄ hostes raptores et interfectores arcere a populo
chāstiano: et q̄ pacem subiectis et fidelibus emere? Cum ergo
in hīs bona ecclesie expenduntur vere vsibus quibus fuerant de-
dicata redduntur. Clericus. Si ad scripturas sacras recure

ritis quare libertates nostras infringitis? quas libertates constat nos ex ipsis traxisse scripturis. Dominus enim interrogat petrum mathei xvij. Reges terra a quibus accipiunt tributum a suis an ab alienis. At ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Jesus. Ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus eos. Vade ad mare et mitte hamum et illum piscem qui primus ascendit tolle et a petro ore inuenies statuerem: sume illum et da pro me et te. Vides O miles quod clerici christi seruitio mancipati omnino sunt liberi. Miles Si euangelium bene respicitur: a christo solo census siue didragma petebatur. Ideo pro christo dari videtur ista responsio: ipse enim est filius dei filius regis magi. Et sicut filius regis maior est preside. sic filius dei maior est et maior erit cesare: et sic illa responsio proprie videtur esse pro christo. Attamen quia illi qui principaliter ministrant regi nullatenus ad publica opera sunt trahendi: concedimus quod clerici in suis personis sunt liberi. Dico quod non de coniugati vita et conversatione laici qui non ad honorem dei sed in fraudem domini sunt (sicut patet ad oculum) non tonsurati: sed clerici christum sequentes ut petrus et sacris altaribus mancipati concedimus in quantum plane de hiis qui liberi sunt non dico clare per euangelium: sed quia euangelio et eorum officio videbatur consonum indultum est eis hoc privilegium principum. Nam ab origine ecclesie dicit paulus ad romanos. xliij. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit et post. Non solum propter iram sed propter conscientiam. et post. ibidem dicitur. Reddite oibus debita: cui tributum tributum/ cui vectigal vectigal. Videtis ergo quod omnis anima erit subdita et vectigalis et tributaria. Sed ut dixi nunc estis in personis liberi quia officio christi mancipati: nunquid per hoc et eadem libertate gaudebunt et agri? Si enim ecclesia emerit censualem agrum: nunquid cui soluendus erat census perdat eum? Clericus Non de censibus sed si exactio nibus sermo est. Miles Sicut ego super certos agros habeo certum censum: sic imperator super orbem terrarum pro defensione reipublice (cum oportunitum fuerit) pro arbitrio voluntatis potest levare tributum. Clara enim ratione conceditur ut reipublica rei publice sumptibus defendatur: et quecumque pars gaudeat ista defensione: equissimum est ut cum aliis ponant humerum sub onere. Si ergo minus iuste possessiones subdite sunt ad onus publicum quantum ad annuum censum: ad quemcumque transeunt semper erunt sub onere hoc ubi necessitas fuerit reipublice. Sicut cum aliis indigent semper defensione. Quod si dicitis quod contra hoc prescripsistis legem usi libertate: respondemus vobis quod quanto benignitate princi

pum fuerit libertas uestra longior: tanto vbi maior apparet neces-
 sitas: et debet esse voluntas promptior ad subueniendum. Nam et
 irridet scriptura uestram prescriptionem cum a salomone vsq; ad
 Joas. et a Joas vsq; ad Ezechielem non legitur esse factum quod
 tamen Ezechiel perfecit. Nam et multe ciuitates priuilegijs et
 consuetudine ab exactionibus libere patienter soluerunt et soluit
 hodie: quod placuit principi pro defensione regni vel comitatib;
 vel personis. Et si deus vt dicitur propter ingratitudinem reuo-
 cat peccatorum remissionem: videatis ne propter uestram rebel-
 lionem non mereamini non minus sed etiam plus onerari: et tan-
 dem facultate simul et potestate denudari. Clericus Niquid
 per reges tollende sunt gratie nobis per leges concessae: et per be-
 atorum principum priuilegia sancte ecclesie concessa: Miles
 fateor et verum est amplissima vobis priuilegia per bonos pon-
 tifices indulta. Scire vero debetis q; quicquid rectores reipubli-
 ce faciunt: ad utilitatem reipublice intendunt et ad eam habentes
 oculum iuxta illam regulam. Cuncta disponunt intantum q; salu-
 tem reipublice saluti proprie (quod est in principe gloriosissimum)
 ante ponunt exemplo dauid secundo regum. Unde constat et testi-
 monio et recta ratione eos concedere: quatenus posset imposterum
 reipublice derogare. Unde plane colligitur in omnibus priuilegijs
 hoc exceptum scilicet vt nisi priuilegium indultum videatur im-
 posterum reipublice nociturum: vel pro ardua necessitate vel
 utilitate reipublice manifesta mutandum. Igitur non est dubium
 quin pro regni necessitatibus gratias vobis indultas legibusq; sancitas
 possunt altissimi principes consultiori suspendere ratione et
 secundum exigentiam temporis: vt inuentum per salomonem sapientis-
 simum in pena furti aliquid lege diuina mutatum. Clericus
 Imperatores sanxerunt ista non reges et ideo per bonos imperatores.
 O miles nunc erit legum gubernacula moderari. Miles Hoc responsum
 est blasphemie. Et quoniam vt videtur aut originem ignoratis regni
 aut quod videtur verius illius altitudini inuidetis si karoli magni
 regnum inspiciatis et historias probatissimas reuoluatis. Inuenietis
 q; regnum francie dignissima condicione imperij portio est: pari
 diuisione ab eo discreta et equali dignitate et auctoritate quin-
 gentis annis cereter insignita. quicquid ergo priuilegi et dignitatis
 retinet imperij nomine in parte vna: hoc regnum francie in alia
 Cu enim fraterna diuisione francoru regnum a reliqua parte discessit
 imperij: quicquid in parte decedente et penitus ab imperio existens

re imperium ipsum quondam obtinuit a ibidem iure altitudinis
an potestatis exercuit: hoc principi seu francorum regi in eadem
plenitudine cessit. Et ideo sicut omnia que infra terminos impe-
rij sunt: subiecta esse noscuntur imperio, sic que infra terminos re-
gni regno: et sicut imperator supra totum imperium suum habet le-
ges codere/addere eis a demere: sic et rex francie aut oino leges
imperatorias repellere: a qualibet placuerit permutare: a illis a
toto regno suo prescriptis et ab olitis nouas si placuerit, pmulga-
re. Alioquin si aliquid noui ut sepe accidit visum fuerit statuendū:
Si rex non posset hoc qui est summus: tunc nullus poterit, quia
ultra eum non est superior ullus, et ideo domine clerice lingua ve-
stram coercete et agnoscite regem legibus consuetudinibus et pre-
uilegiis vestris et libertatibus datis regia potestate pre esse posse/
addere posse, minuere quilibet equitate et ratione consultiis a cum suis
proceribus sicut visum fuerit temperare, et ideo si aliquid pro salute
regni tuenda videritis istis temporibus immutari acceptate et pati-
enter hoc ferte: paulo aplo hoc vos docete ad roma. xliij, qui po-
testati resistit diuine voluntati resistit, ne qui contra stimulum calcitrēt
iniuste semel puncti iterum se pugnant. Obedite prepositis vestris et
subiacete eis, ad heb. in fine. Dauid autē sub anathar principe sa-
cerdotū tempore necessitat panes, ppositionis qui solis sacerdotib⁹
parati erāt et nullis aliis licebat comedere eos comedit et aliis de-
dit comedendos qui secū erāt et math. xi. sabbatū propter hoīem
non homo propter sabbatū factū est. Itaq; dñs est filius hominis
etiā sabbati. Et deut. xxxiiij. ca. In manus magnitudo et impiū
et ibidem. Et adorauerunt dominū deum regem. Item ibidem.
Et vixerunt secundo salomonem filium dauid: vixerunt autem
eū domino in principem. Sequitur et sadoch in pontificem ut pa-
ralipomenon vicesimo primo ca. Nec quisq; intret i domū dñi nisi
sacerdotes et qui ministrabant de leuitis: tantūmodo ingrediātur
qui sanctificati sunt: et totū reliquū vulgus custodias dñi obseruēt
Leuite autē circūcidet regem habētes cingula. Et si quis alius
ingressus fuerit templū dñi interficiatur sintq; cū rege intrante et
ingrediēte, vixitq; eum Joīda pontifex vbiq;.

Et sic est finis.

Dour Denis Rosse

Compēdium de vita

anticristi incipit feliciter.

Q̄ Circa statum et persecu

tionem anticristi notanda sunt quinque. primo ortus anticristi. sc̄do progressus. tertio cultus. quarto cōflictus. q̄nto obit̄. Circa ortū anticristi nota quattuor. Primo de qua p̄genē nascet̄ quia de tribu dan vt genes̄is vltimo. fiat dan sicut coluber in via. et ideo in apocalipsi dan nō scribit̄ in catalogo sanctorū in detestationē anticristi. Sc̄do nota quomodo nascet̄: quia de fornicatrice non de virgine vt .ij. ad thessaloniceñ. .ij. Nisi discessio primū venerit z reuelatus fuerit homo peccati idest in pctō ꝑceptus. Tertio nota quō concipiet̄ in vtero: quia operatione diabolica sicut dicit augustinus. spiritus malignus descēdet in vterū matris z ex virtute diuina ꝑfouebit̄ z implebit̄ anticristus .ij. ad thessalon. .ij. cui⁹ aduētus erit sc̄m opationē sathane. glosa. nō tamē sine consensu liberti arbitrij. quia incipiet̄ esse malus ex vtero matris iuxta illud ysaiē. xlviij. transgressorē ex vtero vocauit te. Quarto nota vbi nascetur: quia in babilone. Apocalipsi. xvij. c. Babilon magna mater fornicationū: z sequit̄ de anticristo. Vidi mulierē ebriā de sanguine martyrum z sanctorū christi iesu. Quinto circa ꝑcessū anticristi nota quattuor. Primo vbi nutriet̄ quia in illis duabus ciuitatibus sc̄z Corozā z Bethsayda. Unde illud sup̄ isto vbo euāgelij: Ne tibi bethsayda: Ne tibi corozā dicit aug⁹. Ideo imprecatur z imꝑroperat eis dñs dicēs: quia in eis ꝑuersaturus est fili⁹ ꝑditōis. Sc̄do nota a quibus nutriet̄: quia a spiritib⁹ malignis qui ꝑpter incātationes suas cōtinue ei famulabūtur z assistēt cōcomites indiuisi apocalip̄. xvij. Uide de ore bestie idē anticristi ꝑpter incātationes quas de ore emittet̄ exisse tres spirit⁹ immūdos. Tertio nota a quibus recipiet̄. Primo quia a iudeis vt dicebat eis dñs. ioh̄is quinto in fine: Ego veni in noīe patris mei z non recepistis me: cū autē alius venerit in noīe suo illū recipietis. Quarto nota in qua etate incipiet̄ hec oīa: quia ecclesiastici. iij. dicit̄. Vidi cōiūctos viuētes q̄ ambulāt sub sole cū adolescente sc̄do idē anticristo. nā primus adolescēs salutis fuit christus. Circa cultū ei⁹ nota .iiij. ꝑ ꝑ que attrahet ad se diuersos cultus. Primo em̄ vt attrahat ad se iudeos dicit̄ se messiā ꝑmissum in lege verū deū z verū hoīem et reedificabit̄ tēplū salo. .ij. ad tes. .ij. q̄ aduersatur z extollit̄ super

oē qđ dī. de^o fīcte. s. ab idolatris aut quod colitur scz in veritate a fidelib⁹. Secūdo vt attrahat ad se gētiles idolatras faciet simula chzū z statuā per incārationē et in eam mittet spīritū malignū ad dandū respōsa et vocabit eū deū maon. Daniel⁹ xi. deū patrū suorū nō reputabit deū: deū autē maon in loco suo venerabitur. Hāc statuā faciet adorari. Apocalipsis. xi. faciet vt quicūq; nō adora uerit imaginē bestie occidatur. Tercio vt attrahat ad se christia nos dicet se christum venisse ad iudiciū sic promissū in euāgelio: z ostendet se mortuū et tertia die resurget iuxta illud. vnū de capitibus eius quasi occisū i morte: et plaga mortis ei⁹ curata est et admirata est vniuersa terra. Quarto vt attrahat ad se oēm hominē magnū z paruum et ponet caracterem in fronte et manu dextera vniuscuiusq; vt distinguantur ab alienis: et nemo poterit emere vel vendere nisi habuerit signum suum. Apocalipsis. xliij. faciet omnes pusillos z magnos habere caracterē i manu dextera z ne posset emere vel vendere zc. Circa cōfictū anticristi nota qđ pug nabit cōtra duo genera hoīm scz nobiliū et ignobiliū seu maiorū z minorū. Maiores autē distinguet secūdū tres gradus scz clericos. milites. z mercatores. Clericos z litteratos expugnabit et attra het p rōes naturales: erit em̄ valde istruct⁹ i scripturis philoso phorū. daniel⁹ sexto. Cōsurget rex ipudēs facie z intelliget propo sitiones scz naturales et supra quā credi posset vniuersa vastabat milites expugnabit per distributionē terrarū et dignitatū. daniel⁹ vndecimo. Multiplicabit gloriā z dabit eis potestātē in mul tis et terrā diuidet gratuito. mercatores expugnabit per argētū et aurū. daniel⁹ octauo. In copia rerū occidet plurimos. Et eius dē. xi. dominabitur thesauris argenti et auri. zc. Demones em̄ re uelabūt ei oēs thesauros occultos sub terris in sepulchris antiq; quos antiqui abscondēbant quādo moriebātur: sperātes se reditu ros post longū tēpus ad eosdē quos in hūc errorē posuerūt quidā erronei philozophi z ideo dicitur. Job. xxi. Ad sepulchrū ducēt scz anticristus et in cōgerie mortuorū euigilabit. Et eiusdē. xli. St net sibi aurū quasi lutum. Populū minorē distinguet tripliciter scilicet in simplices quos attrahet p falsos prophetas intumidos quos attrahet p tirānos z pfectos in potētes quos attrahet p fal sa miracula nā sic dī. in. apo. faciēt signa ita sit ignē faciat descen dere quo ad falsam apparētīā. et ideo dicit mathei. xxliij. Surgēt pseudo christi et pseudo prophete ad decipiendū simplices: et tra dēt eos in tribulationē magnam et occident ad cogendū pauidos et dabūt signa magna: vt in errorē deducātur si fieri potest etiam

electi ad cōmouēdū penitētes et pfectos. Circa obitum anticristi nota quattuor. Primo. tempus quia postq̄ predicauit trib⁹ anis cū dimidto. danielis. xij. Dixit daniel angelo Usq̄ quo finis horū mirabilis. Respondit angelus. quia p tēpus et tēpora et dimidiū tēporis scz per tres annos et dimidiū. Hebreus enim tēporis nomine accepit vnū annū et per tēpora accepit duos annos et p dimidiū tēporis accipit dimidiū annū. Secūdo notāda est persona interficiēs que erit ip̄e christ⁹. ij. ad thessal. ij. quē domin⁹ iesus interficiet spiritu oris sui. vel michael interficiet ministerio xp̄i. Tercio notād⁹ est loc⁹ in quo interficietur. quia in loco vnde ascendit ch̄istus in celū scz in mōre oliueti. danielis. xi. Veniet i multitudi ne magna supple exercitus: vt cōterat plurimos et figet tabernaculū suum supra montē inclitū idest supra mōtem oliueti et veniet ad sūmitatē eius scilicet mōtis oliueti: et nemo ei auxiliabit quando scilicet occidetur a ch̄isto. Quarto. Notandus est modus quo occidetur qui erit triplex. Occidetur enī subito Job. Subito morietur. Interficietur absq̄ manu hominis. danielis octauo. Sine manu conteretur. Item interficietur publice. Job. Uidentib⁹ cū ctis precipitabitur. De die autem illa scilicet iudicij vel aduentus anticristi nemo scit. Iuxta illud Marci. tridécimo. De die autem illa zc. Et mathei vicesimo octauo. Aduentum autem anticristi precedent quattuor. Primo romani imperij dissensio et diuisio in decem regna secundo ad thessalonicenses. ij. Nisi venerit discessio. zc. Secundo inobedientia ecclesiarum ab ecclesia romana. Tercio generalis concitatio p̄liorum. mathei vicesimo quarto Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. zc. Quarto. enoch z helie predicatio. Apocalipsis vndécimo. Dabo duobus testibus meis et prophetabunt mille ducentis sexaginta diebus zc.

¶ Explicet cōpendium de vita anticristi.
Impressum Parisij a Magistro Guldone
mercatoze. Anno domini. M. cccc. xcviij
Die xx. Septembris.

Inc 438

Vita anticristi



